



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 22. Lotharius Imperator coronatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII.
A.C. 1133.
ro in monte Aventino sub tentoriis degimus, Petrus Leonis sapissime & vehementer nos ad ineunda pacis fœdera sollicitavit, quin etiam in pignus sinceræ fidei obfides & munitas arces obtulit. Quare cum nihil ardentius exoptavemus, quam Ecclesiæ pacem sine cæde & sanguine dare, Leonis consilia Proceribus, qui cum Innocentio Papa erant, communicavimus, ipsique etiam vades se daturos & munimenta pollicebantur. Tunc vero Adversarii nostras neclere, tergiversari, & promissis in nobis eludere, quæ cum non impleverint, tandem a Proceribus Curie nostræ, videlicet Norberto Magdeburgensi, Cancellario nostro, Adalberone Bremensi, ceterisque ibi nominatis, tanquam læsæ Divinæ humanæque Majestatis rei damnati sunt.

§. XXII.

Lotharius Imperator coronatur.

Otto VII.
Chron. c. 18.
Innocentius Papa Regem Lotharium & Richildem conjugem ejus in Ecclesia Salvatoris in Laterano Imperatores coronavit, non autem in Ecclesia S. Petri ubi Anacletus Antipapa dominabatur. Quod quarta die Junii Dominica tertia post Pentecosten peractum est. Priusquam vero coronaretur, Lotharius Rex Papæ jurejurando se obstrinxit. (*)

(*) Formula hujus juramenti hæc fuit: Ego
Lothar

tra Papa Comitissæ Mathildis allodia Imperatori, ejus filiæ Generoque, Henrico Duci Bavarix, concessit. Hæc Bulla octava Junii data. Interea Antipapa in montibus & turribus se se tuebatur, unde Lotharii milites infestans, cominus tamen dimicare suos prohibebat. Nec eo adduci potuit, ut pacta cum Imperatore iniret, aut meliora suadentem audiret, jus suum ad Papatum nulli dubio subjacere ratus. Itaque Lotharius cum septem septimanas Romæ consumpsisset, discedere cogitur, expugnandæ arcis S. Angeli, ceterisque Antipapæ munimentis capiendis impar. Nec vires sufficientes capiendis impar. Nec vires sufficientes, quibus Rogerium ejus Defensorem profligaret. Quin etiam deficiente ærario, unde modico agmini, quod ipsum sequebatur, stipendia daret, in Germaniam contendit, atque Herbipoli Festum Nativitatis Beatæ Virginis celebravit. Innocentius Papa, quia post abitum Imperatoris tuto Romæ remanere non licebat, Pisas rediit. Quamobrem S. Bernardus

Sæcul. XII.
A.C. 1133.
Diplom. Baron.
it. S. Bern.
lib. 2. c. 2.
Order. l. 13.
p. 897.

ep. 139.

Lotharius Rex promitto & juro tibi Domino Papæ Innocentio tuisque Successoribus securitatem vitæ & in membris & malæ captionis, & defendere Papatum & honorem tuum & Regalia S. Petri, quæ habes, manutenere, & quæ non habes juxta meum posse recuperare. Bernardus ad annum 1133.

Sæcul. XII. A.C. 1133. nardus data ad hanc urbem epistola gratulatus est, quod occasionem refugium & auxilium Summo Pontifici præbendi fortuna offerret, sicque ad Romanæ Civitatis Dignitatem quodammodo eveheretur.

vit. ap. Boll. c. 18. S. Norbertum, qui Imperatorem in itinere Italico secutus fuerat, Magdeburgum reversum, post paucos dies morbus corripuit. Corpus pœnitentiæ rigore debilitatum tam longæ profectiois laboribus, aeris vicissitudini & continuis molestiis succubuit; cumque quatuor menses ægotasset, animam efflavit die Mercurii in septimana Pentecostes sexta Junii anno millesimo centesimo trigesimo quarto, postquam Ecclesiæ Magdeburgensi præfuisset annos octo, atque ad annum ætatis circiter quinquagesimum pervenisset. Ecclesia ejus memoriam colit in die obitus; verum non ante annum millesimum quingentesimum octogesimo secundum a Gregorio XIII. Papa Catalogo Sanctorum adscriptus est. (*)

§. XXIII.

(*) Os Norberti *caelestem fistulam* vocat S. Bernardus, Epist. LVI. De eodem Epist. VIII. scribit: *Tanto vir ille in Divinis aperiendis mysteriis nobis promptior, quanto & Deo propior esse cognoscitur.* Nat. Alex. Sæc. XII.